Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek





& cum eo cxliiii milia habentes nomen eius & nomen
patris eius scriptum in frontibus suis; qui rursus clari
tatem supernae patriae describens ait. & sedes dei &
agni in illa erunt. & serui eius seruient illi. & uidebunt
faciem eius. & nomen eius in frontibus eorum. Cum ergo
idem nomen sacratissimae uenerationis omnes agnum sequen
tes hoc est uniuersi fideles ipsa suae professionis fronte
debeant habere. quanto magis necesse est eos qui accepto
sacerdotio ac magisterio spirituali ducatum gregis dominici
sostiti sunt exemplum uistutis omnibus in seipso ostendere,
Ligatur autem lammina quae sancti domini contin & uitta hracin
thina cum thiara pontificis. quam spe caelestium premiorum
quam hracinthus significat In fide confortamur. & eo ar
tius uel sacramenta nostrae redemptionis uel imaginem ac
similitudinem nostri conditoris & redemptoris intemeratam
seruare contendimus. quo nullum esse aliud salutis iter
cognouimus. De figura thiarae in sequentibus suo loco
dicetur. Uerum quia sacerdos tantae industriae talis
esse debet meriti apud dominum. qui peccata populi sua exorta
tione Increpatione admonitione. corrigere & casti
gare suis ualeat precibus abluere. Recte subiungitur.
Portabitque aaron iniquitates eorum quae obtulerint
sanctificauerint in filiis israel In cunctis muneribus & dona
riis suis. Postat namque pontifex iniquitates subditorum